

---

*Ignacio  
de  
Loyola*

---





I  
LOCA QVAE EX DILIGENTI  
cum Hispanico autographo  
collatione adnotata sunt  
in hac postrema  
editione.

A Patrum deputatio, que in  
V. Generali Congregatione  
pro recognoscendo Directorio  
exercitiorum instituta fuit,  
illud in primis proposuit, ut antequam  
liber exercitiorum denuo imprimeretur,  
cum Hispanico autographo, qui Romæ ser-  
uatur, diligenter conferretur, non ut noua  
quædam versio fieret, sed ut loca quæ-  
dam accommodarentur, quæ in vulgata  
Latina editione subobscura videbantur.  
Quod cum R.P.N. fieri mandasset, facta  
diligentii collatione, compertum est, Latini-  
nam editionem in paucis ab autographo  
discrepare. Iis igitur prætermissis, quæ  
parui momenti esse videbantur, ea tantum  
loca adnotari placuit, in quibus sensus sub-  
obscurus censebatur, vel certe clarior hac

A nona

noua versione reddi poterat, quæ omnia cū  
effent à R. P. N. cum Paribus Assisten-  
tibus diligenter examinata, ne vulgata  
editio, ob reverentiam, quæ illi merito de-  
betur, mutari videatur, satius risum est,  
si in fine exercitorum loca omnia, quæ sunt  
adnotata, ponerentur stellulis quibusdam  
signata, quæ locis, in quibus facta est mu-  
tatio, responderens, ut facilius, quæ in po-  
strema hac editione fuerunt accommodata,  
reperiri a quolibet possint. Hic autem la-  
bor, ut speramus, maiorem quandam lu-  
cem afficeret ijs, qui exercitia tractant, om-  
nibusque Societatis nostræ hominibus, qui  
exercitorum risum habere debent frequen-  
tissimum, non erit iniucundus. Romæ. 25.  
Iunij. M. D. XCVI.

Mandato R. P. N. Generalis.

Jacobus Dominicus secretarius.

In Annotationibus viginti, quæ  
sunt in principio Exerci-  
tiorum.

**Ag. 24.** Annotatione quar-  
ta in fine, ubi dicitur.  
**P** Expedit nonnunquam  
succidi hebdomadam. .  
Sensus erit clarior si legatur, Contrahi  
hebdomadam.

**Pag. 26.** Annotatione octaua, ubi dici-  
tur. In prioribus duabus hebdo-  
madis. Lege. Pro prioribus dua-  
bus hebdomadis.

**Pag. 28.** Annotatione decima In fine,  
ubi habetur. Atque per exercitia  
primæ hebdomadæ comprehen-  
ditur. Lege. Atque exercitijs pri-  
mæ hebdomadæ respondet.

**Pag. 34.** Annotatio decima septima ita  
poni debet. Decima septima. Per-

A 2 utile

utile est , vt qui tradit exercitia , quamuis inquirere , ac scire non intendat proprias alterius cogitationes , & peccata ; certior tamen fideliter fiat de varijs agitationibus , & cogitationibus , quas varij spiritus immittunt . Perspecto enim maiori , aut minori eius profectu , nonnulla spiritualia exercitia præscribere illi potest præsentati animæ necessitati opportuna .

### *In Fundamento.*

Pag. 44. Vbi dicitur . ( Pro ut libertati arbitrij nostri subiecte sunt , & non prohibitæ ) clariss ex autographo dicitur pro ut libertati arbitrij nostri permisum est , & non prohibitum .

Pag. eadem , circa finem fundamenti , vbi habetur . Sed consentaneum est .

est ex omnibus ea demum , quæ ad finem ducunt , eligere , ac desiderare . dicatur . Sed consentaneum est ex omnibus ea demum , quæ ad finem , cuius gratia conditi sumus , nos ducunt , eligere , ac desiderare .

### *In quinto Exercitio primæ hebdomadæ.*

Pag. 81. In primo puncto . Et animas igneis quibusdam corporibus velut ergastulis inclusas . dicatur . Et animas velut igneis quibusdam corporibus tanquam ergastulis inclusas .

### *In Additionibus .*

Pag. 84. In Prima Additione , vbi dicitur . Cogitem de hora , qua

A 3 sur-

furgendum mihi erit , & de exerci-  
tio faciendo . Ex autographo dicatur.  
Cogitem de hora , qua furgendum  
mihi erit , exercitij faciendi puncta  
breuiter animo retractans .

*In Meditatione secundæ diei in se-  
cunda hebdomada .*

P<sup>Ag.</sup> 108. In primo punc̄to . Inter  
quos me adesse fingam , tan-  
quam pauperculum , eorum vtcu n-  
que necessitatibus &c , addatur ex  
autographo . Inter quos me adesse  
fingam , tanquam pauperculum , &  
seruulum indignum , eos spectan-  
tem , contemplantem , & eorum ne-  
cessitatibus cum reuerentia maxima  
famulantem .

In

*In quinta Contemplatione .*


P<sup>Ag.</sup> 112. In tertio punc̄to . Dul-  
cedo animæ diuinis donis . &c .  
Legatur . Dulcedo diuinitatis , ani-  
me , eiusque virtutum , ac cætero-  
rum omnium iuxta rationem . &c .

*In quinque notandis .*

P<sup>Ag.</sup> 115. In tertio . Superaddita  
circa vesperas vna repetitione ,  
& sensuum applicatione ante cœ-  
nam . Ex Autographo . Superaddita  
circa vesperas vna repetitione , &  
postea sensuum applicatione ante  
cœnam .

*In secunda die .*

P<sup>Ag.</sup> 118. Et fuga in Aegyptum .  
Additur ex autographo . Et fuga  
A 4 eiusdem



8  
eiusdem veluti exulantis in Aegyptum.

In Præludio post Contemplationem tertiae diei.

Pag. 121. *Quod ibi dicitur de distinctione duplicitis status, clarus ita ponetur ex autographo.* Cum supra propositum fuerit exemplum Christi de vita genere, quod in mandatorum Dei obseruatione consistit, dum parentibus suis fuisse subditus memoratur, & primus, seu communis status appellatur. Nunc idem ipse Dominus formam videtur exhibere alterius, seu secundi status perfectionem euangelicam afferentis, quando videlicet in templum se contulit. &c.

In

9

In Meditatione quartæ diei de tribus hominum Classibus.

Pag. 129. *In fine primi Præludiij.*  
Sublato vtcunque noxio affectu rerum, vtpote salutis impedimento. Legatur. Sublato vtcunque noxio affectu rei partæ, vtpote. &c.

Pagina. 130. *In prima Classe.*  
Debitaque adminicula toto vita tempore nō admouet. Ex autographo. Debitaque adminicula usque ad horam mortis non admouet.

Pag. 131. *In tertia.* Ac interim omnia relinquens integra. &c. usque ad finem. Ita ex autographo verti potest clarus. Ac interim ita se gerit, vt qui omnia in affectu reliquerit, entendo scilicet, neque hoc, neque aliud quipiam expetere, nisi quantum diuini obsequij intuitus moueret;

ret; ita ut non aliam admittat relinquentia, aut retineantia rei acquisitionis causam, praeter rationem, ac desiderium, melius Deo domino nostro seruienda.

*Pag. 132. In Notando.* Seruabimus tamē interea &c. usque ad finem.  
*In autographo si habetur.* Atque hoc ipsum optare, petere, & flagitare, spectato solum obsequio, & gloria diuinæ ipsius bonitatis.

**In secundo Notando post duodecimam Meditationem.**

*Pagin. 136. Secundo.* Quod inchoanda est. &c. usque ad finem.  
*Omnis dubitandi ratio tollitur, si ita versatur ex autographo.* Secundo quod inchoanda est electionum discussio a contemplatione discessus Christi

ex

ex Nazareth Iordanem versus inclusus, quæ fit quinto die, ut in sequentibus declaratur.

*In modo secundo bene eligendi.*

*Pag. 149. In secunda Regula.* Secunda est considerare. &c. usque ad finem. Clarius ita verii potest ex autographo. Secunda est considerare, si quis mihi vir antea ignotus, & nunquam plane visus, cui tamen nihil non perfectionis inesse cupiam, occurreret dubius super electione huiusmodi, quid nam ego illi faciendum, & eligendum ad maiorem Dei gloriam, & maiorem animæ illius perfectionem essem consulturus: quo animaduerso, id mihi agendum ducam, quod alteri suaderem.

la



## In tertia hebdomada.

Pag. 153. In titulo prime contemplationis. Prima contemplatio fit media nocte. &c. addatur ex autographo. Prima contemplatio de Christi Domini nostri profectione a Bethania in Hierusalem, & de gestis usque ad ultimam coenam inclusuè, fit media nocte, & continet orationem preparatoriam.

Pagin. 155. In quarto punto.

Quartum: aduertere quidam inde. &c. ita veriendum ex autographo. Quartum: Aduertere quid Christus Dominus noster in humanitate patitur, aut pati appetat, iuxta punctum, quod meditandum sulcipitur: unde incipiam & ipse maximo conatu dolorem, moestitiam, & fletum mihi excitare, idemque curabo in subsequentibus punctis.

In

## 13 In prima Contemplatione quartæ hebdomadæ.

Pagin. 173. In primo Præludio. Sepulto corpore. Ex autographo habetur. Corpore ab anima separato; vox enim illa (sepulto) non est, neque coheret cum alijs.

Pagina 174. In quarto punto. Quomodo Christi diuinitas passionis, & mortis tempore abscondita. In autographo habetur. Quomodo Christi diuinitas, quæ passionis tempore videbatur abscondita. &c.

## In Contemplatione ad acquirendum amorem.

Pag. 184. In tertio punto. post illæ verba. Laborantem quodammodo. addantur hæc ex autographo. Ut in Cœlis, Elementis, plantis, frugi-



14  
frugibus , & animantibus , quatenus dat . &c.

### *De Conuersione Magdalene.*

**P**Ag. 214. *In autographo non habentur verba illa.* Siue Maria Magdalena Soror Martha fuerit , siue alia .

### *In quinta Regula de discretionione spirituum.*

**P**Ag. 242. *Verba illa.* Quemadmodum enim dum fruitur quis usque ad finem . ita commodius verti possunt ex autographo . Quemadmodum enim in consolatione bonus spiritus nos magis regit , ac dirigit , ita in desolatione malus , cuius investigatione , & consilijs nihil rectum decernere

15  
decernere possumus .

### *In septima Regula de discretionione spirituum .*

**P**Ag. 244. *Circa medium .* Assidente nobis iugiter praesidio diuino , licet tunc nequaquam sentiatur . *In autographo sic habeatur.* Assidente nobis praesidio diuino , quod semper manet , licet tunc nequaquam sentiatur .

### *In secunda Regula pro distribuendis Eleemosynis.*

**P**Agin. 259. *Secunda.* Ut considerem . &c. usque ad finem . *Hæc Regula in autographo sic habeatur.* Secunda : Ut considerem si quis alter esset mihi plane ignotus , cui tam



16

men pro hoc ministerio , & ipsius  
statu omnem perfectionis gradum  
exoptem , quam ego illum in hac  
distributione rationem sequi vel-  
lem ad maiorem Dei gloriam,  
& animæ suæ perfectio-  
nem , hac ipsa ea-  
dem mihi v-  
tendum  
esse .

LAVS DEO.





62v







